



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Ludouicus de Moya Coronel n. 113.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

Communi-  
tas prodi-  
giosa, &  
Domini  
coenaculum

Athenæ E-  
uangelica,  
& fidelium  
Semina-  
rium.

igne variarum linguarum accensi ad Orbis conuersionem prodeunt. Tu Athenæ Euangelicæ: Tu fidelium Christianorum Seminarium: Tibi debemus omnes, id quod sumus. Ego autem, ne aliquem offendam, Tibi soli debeo, quod scio: Tibi me debitorem agnosco: in Te rationis lumen mihi affulsit, in Te studium: mea lingua, meus calamus, non grates, sed debitum naturale rependat. *Hæc ille, qui hoc tam magnificum testimonium pro ardenti in Societatem beneuolentia latinè redditum edidit.*

Suorum  
calamis pro  
immacula-  
ta Virgini  
Conceptio-  
ne supra  
omnes pu-  
gnauit.

Ortus ex-  
cellentiam  
buccinauit.

Quam filij  
sanctitate,  
virtute, ac  
literis de-  
fendunt.

112. \* AB EMANUELE REYNOSO *Definitore Maiori Ordinis, scriptoreque non Vulgari in defendenda Deipara. Is in Tractatu de Immaculata eius Conceptione ser. 8. Discurs. 8. fol. 159. col. 2.* Magnus (inquit) Patriarcha Ignatius spiritum de immaculato Virginis conceptu in suam Religionem infudit, tanto nisu, firmaque adeo & stabili deuotione, vt possimus cum veritate pronunciare: ex omnibus probationibus tam de facto, quam de iure his temporibus elaboratis, in Virginea puritate ac nobilitate comprobanda, plures ab illustribus huius Communitatis hominibus prodijisse, eosque solos plus in hoc articulo de Immaculata Conceptione, quam ceteras omnes Religiones, scripserunt. *Ita ille in non modicam Societatis laudem. Et antea ser. 1. fol. 17. iam dixerat: Societas IESV hisce vltimis mundi temporibus ad illius lumen, & exemplum venit. Et ob filij honorificum Nomen, excellentiam Matris buccinauit. In his enim temporibus inuenimus fere quadraginta huius Sacræ Religionis Auctores, qui ex calamis enses fabricantes purissimam eius Conceptionem defendunt. Et sermone vltimo eiusdem Tractatus de Concept. fol. 291. Festum Conceptionis (ait) à Societate IESV celebrari quidem, & bene celebrari, si quidem tam præclari huius Religionis filij, sanctitate, virtute, literis, & nobilitate, scriptis, & pulpitis defendunt.*

113. A LVDOV. MOYA CORONEL *Theologia Professore in Collegio suo Complutensi in Approbat. Logica P. Fran. Alfonsi.*

Est



Est *(inquit)* hæc Societas illa Prophetarum 1. Reg. 19. vbi ad solum ingressum omnes prophetant. Est Societas illa IESV Magni Sacerdotis Zachar. 3. Vbi omnes viros Societatis IESV, viros portendentes Angelus Domini prædicauit. Est denique Domus illa IESV, in qua Ioan. 1. à Baptista discipulis res grandes, & valde subtiles (Cyrillo teste) iudicabantur dignè edoceri, refert ergo filius Matrem, &c.

Est Societas  
Prophetarum  
& IESV  
magni Sa-  
cerdotis.  
1. Reg. 19.  
20.  
Zach. 3. 8.  
Ioan. 1. 38

114. \* A FRAN. DE S. IULIANO, *Qui in Approbat. ad Librum Prædicationis fructuose inscriptum, & à P. Hieronymo Contemte elaboratum, & typis editum Cæsar august. an. 1652. In Societate (inquit) IESV virtus cum literis amico feedere coniunguntur: illa spiritu mundum ædificans, hæ ignorantias veræ sapientiæ oppositas, expellentes. Quod mysterium Euangelista Ioannes in Visione cap. 1. vers. 16. suæ Apocal. videtur prædixisse, cum IESVM vidit, & Gladium vtraque parte acutum de ore eius prodeuntem. Et de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat. Vbi sancti, & Euangelici Prædicatores signantur, secundum Gloss. Aretas, Primas. Ambros. & alios, qui diuinæ prædicationis gladio bicipite, iam vitia vitæ exemplo, iam sapientia ignorantia radicem præcidunt. Sed cum Gladius ille de IESV ore exire visus sit, mihi persuadeo, verè in illo Societatis filios designatos, qui sibi in Ecclesia vendicarunt hoc tam iustè meritum Prædicationis stemma. Hæc ille.*

Virtutem  
cum literis  
coniun-  
gens.

Cuius filij  
incipites  
gladij ex  
ore Domini  
prodeuntes.  
Apoc. 1. 16

Vitia ex-  
emplo, sa-  
pientia ig-  
norantia  
radicem  
præcidunt.

115. \* A FRAN. DE ARCOS Regio Concionatore S. Officij Qualificatore, ac sacre Scripturæ Magistro in Vniuersit. Toletana, in Approbat. Tom. 1. de Sanct. Toletanis per P. Anton. de Quintanaduernas. Societas *(inquit)* Respublica est Sapientiæ adeo coniuncta, vt de ea dicere possimus (quod de Catholica dixit Lactantius lib. 6. q.) Non potest nec Religio à sapientia separari, nec sapientia à Religione secerni.

Societas  
Respublica  
sapientia.